

non sint alia, quæ diversum & contrarium doceant. Fuisse autem annum, quo reperti sint fontes, à Christo nato ajunt 1370.

CAPVT II.
DE MONTIBVS, QVI
VALLEM, IN QVA AQVA
erumpit, cingunt, deq; eorum
situ.

MONTES nostri directè ad plagas seu cardines mundi non vertuntur, sed à recta linea declinant. Fagorum enim mons qui tribus verticibus altus & ingens est, nō rectā ad Ortum se vertit, sed ad septentrionem ea in parte vbi Cacias spirat, sese inclinat, nisi mons ille qui nomen habet ab acido fonte, qui in radice ipsius scaturit, ad meridiem recta linea se flectere videatur. Mons autem qui nomen habet vt reor, à stridore lapidum aut pedum, ob montis precipitem situm, mobilitatem, quem vulgo den Jschirlberg vocant; non directè Meridiem spectat, sed ad Occidentem se inclinat: neq; ingens rupes illa cervorum, quam vulgò vocant den Hirschstein/ rectā ad Occidentem vertitur, sed declivem ferè vniversi habent intuitū. Sunt præterea etiam duo montes, sed non adeo magni, qui septentrionem intuen-
tur

tur, quorum vnus, qui nomen accipiens à multitudi-
 ne saxorum minorum, atq; ideo vulgò
 der Steinberg vocatur, depressus est colliculo
 similis alter verò, quem vernacula lingua dett
 Ritschenberg vocant, major & altior est. Flu-
 vius verò, quem incolæ vocant Depolam, sine
 dubio à depoli/quod Boiæmis calidum aut tepi-
 dum significat (miscetur enim aqua fluvij cum
 fervente in quibusdam locis, vnde tepida exi-
 stit) per curvam vallem curvo etiam fluxu la-
 bitur; & prope colliculum saxorum in Egram
 fluvium influit.

CAPVT III.

DE QVIBVSDAM, QVÆ
 CIRCA HOS MONTES
 observanda sunt, & quomodo Depola
 fluvius oppidulum in duas partes
 dividat, atq; de lapide illo to-
 phaceo, qui ex lapillis ro-
 tundis, pisis similib.
 conflatus est.

MON sfgorum nomen accepit à fagis,
 quæ plurimæ in eo fuere, nunc verò ipsæ ca-
 sis, & ablatis, arbuta tantum visuntur. Verti-
 ces tres quasi remeantibus habet, & sæpè ignes
 erraticos nocturno tempore spectantibus, indi-
 cia sulphurearum exhalationum, quæ ex monte
 egredi-